



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Quibus cum vitijs Religioso pugnandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

medium collocabat, ad lectuli pedes, Christum cruci affixum; ut nempe manē, tam piæ imaginis recordatione expectatus, ad Christum honorandum, exosculandosque sacratissimos eius pedes commoueretur.

*Quibus
cum vitiiis
Religioso
pugnand-
um.*

*Stadium
rerum be-
nè gerenda-
rum.*

*Quanta in
cibo potu-
q; abstenen-
tia.*

Dicebat, aduersus tria præcipuè vitia Religiosis dimicandum esse; acediam, superbiam & gulam: acediam feruore, superbiam submissione, gulam temperantiâ superari. Cuiuscumque gerendæ rei cura illi incumberebat, in eam se dabat totum, perinde ac res quælibet longè omnium maxima fuisset, eaque sola administranda. Dicit omnino non potest, quàm modicis fuerit escis potationibusque contentus Ioannes. Non prius vquam mensæ recordabatur, quàm audito signo triclinij admoneretur; neque vquam potionis aut comestionis immoderatae conscientiam habuit. In triclinio, precatione religiosè peractâ, aliquanto post spatium quàm accubisset, quiescebat immotus, nihilque attingebat, sed mox porrectâ in mensam manu, illatum cibum instar communis cum Deo lancis in frustra carpebat, lautioribus Deo partibus asseruatis; statimque quàm citò alter missus inferebatur, lancem appositi prius ferculi dimittebat. Ratus eo interuallo tutius vescendi necessitatem definiri, quàm appetentiæ infatiatae arbitrari. Affirmabat, per